



Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiæ & Iuris Canonici Doctoris |||
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt XXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

dè vexationibus per partes reddere sunt coacti, quod semel abstulerunt. Indè in treugas res omnis coniçitur: quæ aliquoties renouatae, in tēpora nostra peruerterunt, necdū pace ad liquidum firmata ac restituta.

C A P V T X X X .

Albertus Vngariae Bohemiaq; rex, per vxorem Sigismundi filiam, rex Romanorum per electio- nem, in alterum annum præfuit Imperij rebus, breuius exemptus humanis, quāmpar esset Christianismo: Tu- mulatur in Albaregali Vngariae ad latus saceri sui, reli- diis duabus filiabus, quarum alteram accepit Casimirus ux Poloniae: exq; ea genuit reges, qui hodiè tenent au- taregna, Bohemia & Vngaria. Alteram duxit & wilhel- mus Lantgrauius Thuringia, dux Saxoniae, & ex ea sus- tulit filiam, quam dedit Iohanni, Alberti filio, Brāden- burgensi marchioni: ex qua natus filius Ioachim, hodiè marchiam gubernat Brādenburgensem, & dignitatem implet electurae, post patrem atque auum: cui sponsa est hodiè filia Danorum regis Iohannis. Reliquit autem idem Albertus Bohemia, Vngaria, Romanorum, rex, vxorem prægnantem, quæ legitimo tempore peperit fi- lium posthumum Ladislauum, maxima spei puerum: quem, vt in & vngaria diximus, multa suorum instan- tia obtinuit mater primū fieri regem Vngaria: nam illigenti nomine ipso iam erat conciliatus: qud Ladis- laus, à sanctissimo rege Vngaria mutuato vocabulo, di- ceretur. Ad Bohemiam quoquè non diu post rex assu- mitur, & ad Austriae non minùs ducatum: Certamen enim pro puero tres prouinciae, quod ibidem ostendi- mus, habuerunt. Sed iterum Imperio vacante ad an- num à Christo quadragesimum post mille quadringen- tos, conuenere principes electores in solitum deligendi
regis

regis locum Francordiam, elegeruntque Fridericum
Austriæ ducem, Alberti regis fratrem patrualem, adole-
scensem tum moribus maturū: Vicesimū enim sextum,
aut circiter, cùm eligeretur, agebat: in quo spes tum ma-
xima fuit sustinendi Imperij: Sed erat ille Fabio Maxi-
mo propior, quam Scipioni, multa reponēs in cunctatio-
ne: nihil illi de celeritate cōficiendā rei. Sed hæc postea.
Prima illi fuit cura, sublata de natione Germanica neu-
tralitate, cui à temporibus assumpti Alberti inhærebat,
subdere colla Eugenio pontifici. Placauitq; Amadeū Sa-
baudia ducem, quem Basileensi concilio creatum ponti-
ficem, dixerat Felicem. Ille enim suasu Friderici regi,
posito pontificis nomine, ad pedes venit Eugenij, qui il-
lum legationis titulo perornauit. Tum concilium Bas-
ileense, subductis paulatim patribus, cœpit euangelicere.
Laus egregia Friderici, pacem ecclesiae reddidisse: sed
aliquanto maior, si hoc adiecisset operi suo, vt auro pro-
vincie non emungantur, vel vt ipse pater patrum, ex au-
ro, quod ex annatis corrodit, Christianismum tutare-
tur, non suos nepotes glorificaret. Hæc qualicunq; ocul-
lo tum rex, vt per omnem etatem reliqua Imperij detri-
menta, disimulabat.

C A P V T X X X I .

ADolphus per ea tempora dux Slesvicensis &
comes Holsatiæ, qui cū diffcili ac diuturno bello,
pro eo ducatu cum Danorū rege dimicasset: iam Chri-
stophorus Bauaro in regem assumpto, ducatum de manu
regis accepit in feudum, redditag; sunt ei omnia, qua
olim ad ducatum pertinebant, quæq; longo tempore in-
quieta fuere à diebus caspi patris eius: cùm primum Mar-
gareta regina, deinde Ericus rex eius adoptione filius
multa indè per annos supra triginta tulissent, de quibus

concer-

